

1563 *ij* 24 Aug.

& Epist. Sig. Aug. in pr. Lipsia^{lyt}

ris

Rigensibus.

Curiam Archiepiscopalem concessim liberam dimittenda
et Duci Curlandiae tradendam esse
jubet.

220

Spectabiles et Damati Fideles. Nobis dilecti.
Est quidem quasi incredibile, quod ad nos de Fide-
litatibus Vestris adfertur; sed quicquid illud ta-
men est, volumus de eo Fidelitates Vestras certio-
res facere. Scribitur ad nos Fidelitates Vestras fra-
tini exequis Archiepiscopalis finitis, Archiepi-
scopalem curiam in potestatem suam accepisse,
reclamante ac revertente Venerabili Fratere nostro.
Quod quidem si ita esset, cum extra subditorum
officium factum esse a Fidelitatibus Vestris vi-
deretur, tum nobis sane magnam causam pro-
beret admirationis, in tantam audaciam Fide-
litates Vestras venire unquam potuisse. Et si
autem his ejusmodi rebus fidem omnino ad-
huc non habemus, tamen Fidelitates Vestras e-
tiam atque etiam hortamur, et mandamus, ut
possessionem ejus curiae, visis fratini his nostris
litteris, Illustri Domino Duci Curlandiae no-
mine nostro tradant, liberamque dimittant.
Datum ut supra.

220

Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.

1203 of 24 May

8. 1203 of 24 May